



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118626

§. 69. Gribaldi errores, & opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

gere incipiebat, atque illis, qui in omnem impietatem effusi erant, palam favit: unde Calvinus tanto furore accendebatur, ut eum pari mortis sententia, ac olim Servetum, e medio tollere decerneret: verum ipsemet morte præventus suum consilium exequi præpediebatur: exiguo tamen tempore Gribaldus post hujus hæresiarchæ obitum vita superites fuit.

Sæcul XVI.
A C 1565.

§. LXIX.

Gribaldi errores, & opera.

Accusabatur Gribaldus, quod sequentes tradiderit errores. I. Deus Filius, & Deus Spiritus Sanctus inter se tam perfecte sunt subordinati, ut Pater sit solus magnus Deus, omniumque rerum Auctor. II. Tota notio Divinitatis, necnon Filii, & Spiritus sancti, ac cujusunque alterius Spiritus cælestis in Patre reperitur, ac refertur ad hunc unicum Deum Patrem, qui originem non habet, ac per semetipsum Deus est, quem ceteri veluti unicum fontem suum, & totius essentia, ac divinitatis suæ caput respiciunt. III. Dantur tres Spiritus cœlestes, atque æterni, nec invicem confusi, sed numero, & dignitate distincti. IV. Magnus ille Deus nullam habet personalitatem, & sicut animal non potest appellari

*Sandius
Bibl. Antitrin. p. 18.*

Per-

Sæcul. XVI Persona, ita nec Deus nominari valet
A C 1565. Persona. V. Trinitas, qualis creditur
 in Ecclesia Romana, merum figmentum
 est. VI. Ecclesia semper Deum Pa-
 trem, verumque Deum per Christum
 Dominum, nunquam vero Christum
 tanquam Deum invocavit. Præter hosce
 errores adhuc plurimi passim reperiun-
 tur in ejus libris, qui sunt sequentes.
 I. Tres libri de *Methodo, & ratione stu-*
dendi in jure, Lugduni Anno Domini
 millesimo quingentesimo quadragesimo
 quarto, & quinquagesimo sexto editi.
 II. Commentarii in Pandectas Juris iti-
 dem Lugduni impressi III. *Commen-*
tarius in legem de rerum mixtura, & jure
fisci in Italia vulgatus. IV. Historia
 Francisci Spinæ juxta res a se visas, &
 auditas concinata, ac Basileensibus li-
 teris Anno reparatæ salutis millesimo
 quingentesimo quinquagesimo excusa:
 porro hic idem Gribaldus inter ejus-
 dem Francisci domesticos numerabatur
 anno post Christum natum millesimo
 quingentesimo quadragesimo octavo.
 V. *Jurisconsulti hodierni in quolibet Di-*
sticho comprehensi, qui liber Basileæ qua-
 drantibus foliis editus est. VI. Com-
 mentarii in quasdam præcipuas Di-
 gestorum, & Codicis Justiniani leges
 Francofordiæ sumptibus Couradi Offen-
 bachi unacum ejusdem adnotationibus
 in

in forma majori impressi. VII. Scri-
ptum quoddam, in quo Gribaldus af-
firmat, quod tres Spiritus æternos non
confusos, sed gradu, & numero di-
stinctos pie credat, ac taliter Deum Fi-
lium, & Deum Spiritum sanctum uni
supremo Deo Patri, omniumque eorum
Auctori subjiat, ut tota Divinitatis,
& Filii, ac Spiritus sancti, aliorumque
spirituum cælestium ratio omni jure re-
feratur ad hunc solum, & unicum
Deum, tanquam ad unicam originem,
& totius essentia, ac Divinitatis caput.

§. LXX.

*Historia vitæ Pii V. ante ejus Pon-
tificatum.*

Jam antea recensuimus electionem
Pii IV., qui Michael Ghislerius dictus
Pauli Ghislerii, & Dominicæ Augeriæ
filius Boschi, seu Bosci, quod exiguum
Ligurix, seu Genuensis ditionis oppi-
dum Alexandria Statellorum nonnisi
duobus leucis distitum est, Anno Christi
millesimo quingentesimo quarto die de-
cima septima Januarii primam lucem
aspexit: cum autem Parentes ejus exi-
guis facultatibus præditi essent, filium
suum opificio, unde victum sibi quæ-
reret, addicere meditabantur: verum
longe aliud erat Divinæ mentis con-
siliium, quo decretum, ut incæpto stu-
diorum

Sæcul. XVI.
A.C. 1565.

*Duchesne
hist. des Pa-
pes p. 425.
& suiv.
Papyr. Mass.
vita Pii V.
Gazæc &
Louver de
Viris Illustr.
Ordin.
Prædic.*